

amore absentis dilecti non tabescis: nō est languor. Ut ergo amor languor sit: habeat utrumq; / et continuationem et confessionem. Nunciare (inquit) dilecto / quia amore languet. Qui infirmitatis sunt languores: nunciari volunt medico: qui dilectionis sunt amico. Illi quidem ut curentur. Isti autem ut recreentur. Amulamini fratres meliores habere languorem: quem sicut absentis se dilecti desiderium creat: sic se presentantis delectatio recreat domini. Jesu sponsi ecclesie et anime sancte. Qui vivit regnat per omnia secula seculorum Amen.

Sermo. xlii.

**Q**ualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus / quoniam sic adiurasti nos? Digno profuse videntur affectu interrogationes iste tam vehementes. Irbitroz in filiabus hierusalem ex confabulatione sponse languentis: si / mille languorem aut creatum ut sit: aut excitatum ut acutior sit. Et in sequentibus dicunt. Quo abiit dilectus tuus. et quereamus eum tecum: quasi dicant. quereamus tecum: participium inventionis optates et sibi. Digna vtriusq; humilitas et in sponsa et in filiabus hierusalem. Illa se rogat commendarisponso. Iste se instrui rogat de sponso. nec simpliciter. sed illa cum adiuratione: he cum ingeminatione. Non est enim leuter rogantis vel q̄ illa adiurat vel q̄ iste ingeminat. Qualis est (inquunt) dilectus tuus ex dilecto? Qualis est dilectus tuus: quoniam sic adiurasti nos? Utiliter adiurate sunt: que sic animate sunt. Non est exigua sancte collationis utilitas. Verbo et quicquid raris languor generatur: et qui infirmitatis curatur. Novit Centurio vim medendi efficacem in verbo. Ideo di-

cit. Dic tantum verbo. Bonum est si dicantur verba: sed nihilominus bonum est si scribantur verba. Tolerat enim irrenocabile verbum nisi scripto mandetur. Scriptura verbum et stabile facit et visibile. mandatum pagine: repositur cum voles. Bonus repositarius est liber: integre quod acceperit resignans: cum voles sumes / vbi voles leges. quoadiu voles moraberis. scriptura memorie reparatrix est. Auto verbi medicamenta illic conditis: Servantur enim illesa. Si vbum medendi vim habet cum dicitur: cur non habet cum legitur. Si bona curatio cum dicitur. cur non bona cum legitur. Non curetur hoc modo languor meus. hoc est dicere. qui primo audit: verbi utilitatez capiat ad posteros: et longe positos non pertinet. vbi primo sonat ibi suffocetur. ex hauriatur omnis eius commoditas auditu primo. eterno prematur silentio. Non iterum cadat in terram bonam vefructum faciat. Hoc medicamentum qui primus acceperit: conualescat eger virtutem eius post illum perferat nullus. In piscina illa post aque motum sanabatur vnus. sed in vno illo signata est charitas / nō singularitas. Post primum curatum / non est dictum de piscina illa. Et inante erinante vsq; ad fundamentum in ea. aque salutaris nec vestigium maneat. Bonns aque motus disputatio et exagitatio sacre pagine. Bene enim mouetur: cum prudenti utilatione ad spiritualem promovetur intellectum. Bene mouetur cum eius discussione auditor promovetur. Sicut medicamentum / sic et cibus est verbus. Et quomodo dicitis: cibus quem vos operamini precat: non permaneat. Sed tamen non est passim omnibus hec permittenda licentia. nec aque motus sanabar nisi cum angelus descendens tempore suo monuisset eam. Ille vtriq; angelus cuius labia custodiunt scientiaz / ex cuius ore est exquirenda legis scientia Ergo (quod quidem fatendum est) magna terendi verbi salutaris utilitas: sed cum alicui hoc opus pmittit v' magis